

ex apographis antiquis). — 1) *Tribuno semenstri*, 2) *praefecto semenstri*. *Tribuni semestres saepe memorantur cf. supra N. 2403. 2581 (not. 7); praefectorum semestrium alibi nulla mentio.* — 3) *Cf. supra N. 2574.* — 4) *De sacerdotibus Caeninensibus cf. Marquardt Staatsv. III² p. 480.*

2746 C. Iul. C. fil. Thevest. | Corinthiano praef. | coh. VII Gall., tribun. | coh. I Britt.¹, item vexil. | Dacor. Parthic.², cui | ob virtute sua sacra|tissimi imper. coro|nam muralem hastam | puram et vex[il]lum argent. | insignem dederunt, | praef. alae Campag.³, | idem ∞⁴, vixit annis | XXXVIII, | Marcius Arrianus | et Iuli Clinias et | Pisonianus he|redes f. c.

Apuli in Dacia (III 4493 ad exemplum potissimum accuratum Bongarsii). — 1) *Cohors prima Britannica in Dacia tendebat (cf. supra N. 2004).* — 2) *Vexillationi Dacorum Parthicae Corinthianus videtur praefuisse etiam tum tribunus cohortis primae Britannicae.* — 3) *Eliam ala Hispanorum Campagonum in Dacia tendebat (cf. supra N. 2006. 2208).* — 4) *Significatur Corinthianum etiam alae cuidam milliariae praefuisse (idem dictum adverbialiter).*

2747 Apollini patrio Aug. sacr., | Ti. Plautius Ti. f. Papiria Felix Ferrunt|ianus praef. alae I Thracum veterano rum sagittariorum, proc. ad solaminia¹ | et horrea, trib. milit. leg. I Italicae, praepositus | vexillationibus Ponticis aput Scythia et Tau|ricam², praepositus vexil. leg. III Aug. aput Mar|commanos³, donatus donis milit.⁴ (*reliqua erasa*).

Maclari in Africa (VIII 649 cf. VIII S. 41780 vidit Schmidt). — 1) *Cf. supra N. 1403 not. 5.* — 2) *Significantur praesidiarii Chersonesi Tauricae, sumpti sine dubio ex exercitu Moesiae inferioris; eis praefuisse videtur Felix in ipso tribunatu legionis primae Italicae, quae legio tendebat in Moesia inferiore (cf. Mo. ad VIII 649).* — 3) *Vexillationi legionis tertiae Augustae Felix videtur praefuisse bello Germanico M. Aurelii (Wi.).* — 4) *Dona militaria fortasse accepit a Commodo.*

2748 C. Aelio P. fil. Cl. Quirin. | Domitiano Gauro¹ | ab imp. M. Aurel. Antonino Aug. | Pio² equo publico orn., praef. | fabrum, praef. cohort. III Aug. | Cyrenaicae, trib. leg. XII Ful. | certae constantis³, scribae | aedilium curulium, scribae | librario quaestorio trium | decuriar., sacerdoti aput | Laurentes Lavinates, calatori | Marciano Antoniniano⁴, adle|cto in ordin. decret. d.⁵ remissis | omnibus muneribus.

Puteolis rep. (Eph. ep. 8, 368 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Agnomen fortasse Domitiani (Gaurum aliquem, nomine ut videtur ficto, saepius appellat Martialis, 2, 89. 5, 82. 8, 27. 9, 50). Mommsenus (Roem. Mitth. 1888 p. 78) Claudia Gauro verbis significari putat patriam Domitiani, Gaurum eandem esse atque Gaulum coniciens.* — 2) *Crediderim significari M. Aurelium iam defunctum (nam vivus M. Aurelius numquam appellatus est Pius); Caracallae temporibus praefecti fabrum videntur desiisse nominari (Hirschfeld Verw. I p. 249).* — 3) *Cf. N. 2760. Constans Commoda dicebatur per aliquod tempus legio octava Augusta, teste titulo Urbinatè Orell. 5744.* — 4) *Calator fuit sodalium Antoninianorum.* — 5) *Decreto decurionum.*

2749 P. Ael. P. f. Pal. | Tironi | salio arcis | Albanae, quem | imp. Caes. ! ! ! ! ! | ! ! !¹ Antoninus | Aug. Pius ! ! ! ! !¹ | Germ. Sarm. Britt. | agentem aetatis | annum XIII | militia prima² | praefecturae | equit.